

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

Stadtrechte

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

STADTRECHTE.

STADTBIBLIOTHEK

616. *Erstes Straßburger Stadtrecht. [nach 1129].*

[1] Ad formam aliarum civitatum in eo honore condita est Argentina^a, ut^b omnis homo tam extraneus quam indigena pacem in ea omni tempore et ab omnibus^c habeat. [2] si quis foris peccaverit et ob culpe metum in eam fugerit, securus in ea maneat. nullus violenter in eum manum mittat; obediens tamen et paratus ad justiciam^d existat. [3] nemo predam aut^e furtum in eam inducat vel conservare audeat nisi redditurus rationem omni querenti. [4] nullus captivum introducat^f, nisi presentet eum causidico vel judici^g, qui ad justiciam ipsum^h conservet.

[5] Omnesⁱ magistratus hujus civitatis ad episcopi spectant potestatem ita, quod vel ipsemet eos instituet vel illi^j, quos ipse statuit. majores enim^k ordinabunt minores, prout sibi subjecti sunt. [6] nulli autem episcopus officium publicum committere debet, nisi qui sit de familia ecclesie sue. [7] quatuor autem officiatos^l, in quibus urbis gubernatio consistit, episcopus manu sua investit, scilicet scultetum, burgravium^m, thelonearium et monete magistrum.

De sculteto, qui et causidicus dicitur, primum exequimurⁿ.

[8] Causidici jus est^o duas sub se ordinare personas vicarias, quas^p iudices appellare solet^q, adeo honestas, quod burgenses cum honore suo coram eis in iudicio stare valeant. [9] item ad causidicum^r pertinet statuere tres personas, quas^s heymburgen^t dicimus, unum in interiori scilicet veteri urbe et duos in exteriori, et custodem cippi sive carceris, in quo rei custodiuntur.

Hec autem singulorum sunt officia :

[10] Causidicus^u iudicabit pro furto, pro frevela, pro geltschulda in omnes cives urbis et in omnes ingredientes^v eam de episcopatu isto^w, nisi rationabilem^x opponant exceptionem, preter ministeriales ecclesie^y et eos, qui sunt de familia

a) *S* hæc civitas *add.* et ut libera sit. b) *S* ita quod. c) *S* om. et ab omnibus. d) *S* iudicium. e) *S* vel. f) *S* intus ducat. g) *S* om. vel iudici. h) *S* eum. i) *S* communes. j) *S* om. illi. k) *S* civium. l) *S* officia. m) *S* *stelt* burgravium *vor* scultetum. n) *S* om. de — exequimur. o) *S* ejus est. p) *S* qui. q) *S* appellantur. r) *S* scultetum. s) *S* precones quos. t) *S* heimbürgenses. u) *S* scultetus. v) *S* *add.* in. w) *S* om. de — isto. x) *S* rationabiliter. y) *S* om. ecclesie.

episcopi et qui ab ipso sunt officiiati. [11] habet autem potestatem cogendi et constringendi iudicatos, quam^a vocant bannum, non ab episcopo sed ab advocato. illam enim potestatem, que spectat^b ad sanguinis effusionem suspendendorum, decollandorum, truncandorum et hujusmodi pro qualitate delictorum^c, ecclesiastica persona nec habere nec dare debet. unde, postquam episcopus advocatum posuerit, 5
imperator ei bannum, id est gladii vindictam in hujusmodi dampnandos et omnem potestatem stringendi, tribuit^d. [12] hanc igitur^e cum non habeat nisi ex gratia advocatie, justum est, ut nulla ratione eam^f neget^g causidico, theloneario, monete magistro^h, quoscunque statueritⁱ episcopus, de quo tenet advocatiam. [13] in hanc igitur civitatem iudicandi potestatem nemo habet nisi^j imperator vel episcopus 10
vel qui de ipso^k habent.

[14] Judicum, quos causidicus sub se habet, potestas iudicandi non est in furta vel frevelas^l sed tantummodo in geltschuldas^m. [15] locus autem iudiciorumⁿ est in foro juxta sanctum Martinum^l. ideoque nullus, de quo fit querimonia, vocandus est in domum causidici^o vel iudicis^p sed tantum ad locum predictum^q 15
publicum. [16] si tamen aliquos vocaverint in domos suas iudices sive causidicus^r illique non venerint, non ideo culpabiles erunt alicujus compositionis.

[17] Officium custodis cippi sive carceris est, omnes custodie sue commissos diligenter servare. [18] quodsi aliquem perdiderit, vicem ejus culpe subibit^s, nisi violenter ei ablatum fuerit. [19] ejus etiam officium est, ad suspendium^t dampnatos ad patibulum educere^u, oculos dampnati panno preligare, patibulum erigere, 20
scalam apponere, usque ad scalam reum applicare. tum demum assumet eum vicarius advocati et laqueo collo innexo illum suspendet. [20] si vero non fuerit presens vicarius advocati, servabitur reus in custodia, quousque causidicus causam hanc referat ad episcopum. [21] item, si quis dampnationem pellis et pili acceperit, hanc penam cippiarius infliget. [22] si quis vero dampnatus fuerit manu, idem^v cippiarius tenebit bartam, vicarius advocati librabit malleum ligneum et amputabit manum. [23] idem advocati vicarius eruet oculos, truncabit testiculos, decollabit et ceteras penas omnes exequetur pro varietate criminum^w. [24] est 30
item cypparii officium, ut ita sit obediens theloneario et monetario sicut causidico. [25] pulsatos etiam coram causidico vel iudicibus vocare debet ad iudicium.

[26] Est autem iste modus vocationis: nominabit hominem pulsanter intimabitque adversario suo, quod pulsatus sit, vel viva voce presenti, ubicumque ei occurrerit, vel ad domum illius^x nunciabit primo, secundo, tercio ad inducias noctis unius. [27] si, facta una vocatione vel secunda vel tercia, non venerit et nuntius 35

a) *S* quod. b) *S* illa vero potestas spectat. c) *S* add. quam. d) *S* dare debet add. quod autem modo non est consuetum. e) *S* autem. f) *S* nullam rationem. g) *S* add. coram. h) *S* monetario. i) *S* add. dominus. j) *S* add. vel. k) *S* episcopo. l) *S* frevelam. m) geltschulda. n) *S* iudicii. o) *S* sculteti. p) *S* om. vel iudicis. q) prefatum. r) *S* scultetus. s) *S* subdit. t) *S* suspendendum. u) *S* ducere. v) *S* om. idem. w) *S* variazione civium. x) *S* ejus. 40

¹ Vergl. Straßb. Gassen- u. Häusernamen i. Mittelalter S. 128.

judicis probaverit tertia manu, quod tres illas^a vocationes vel saltem primam ore ad os fecerit, ille judici componet triginta solidos. [28] vocatus autem ad iudicium tempore prime se presentare debet et, quam diu iudex sedebit in iudicio, tam diu pulsatorem expectabit aut licentia iudicis recedet. non autem ideo debet ei
5 negare licentiam abeundi, si petierit. quodsi iudex appellaverit eum, quod constituto tempore non venerit, ille jurabit, se ibi fuisse, aut componet ei.

[29] Causidicus vel iudex nihil iudicare debet, nisi quod coram ipso delatum fuerit. qui^b si convictus fuerit sine iudiciario ordine et justo iudicio aliquid fecisse, de iure perdet officium suum. [30] civem in procinctu itineris existentem scilicet
10 jam navim ingredientem aut equum vel currum ascendentem nullus concivium suorum per querimoniam impedire debet. sed quia adeo se neglexit, quod causam suam in illum articulum distulit, justum est, ut, quicquid adversus illum habet, usque ad reditum ejus^c differat. [31] si quis concivem suum pulsaverit extra civitatem coram alio iudice, pro hac culpa debet componere et^d judici civitatis et
15 ei^e, quem pulsavit, dampnumque illi restituere^f, quod ex querimoniis ejus accepit^g. [32] nulli solvenda est compositio, nisi cui facta est compositio. [33] omnis autem compositio, que^h pro frevela fit, ascendit ad triginta solidos. compositio, que fit pro gELTSCHULDA, pulsatorisⁱ est illius missetat, qui pulsatus est. iudicis^j vero est tertia pars illius missetat. [34] si quis fecerit compositionem^k judici et
20 pulsatori illamque ad certas^l inducias non persolverit, si causa usque ad finem rationabiliter fuerit perducta^m, servandus est in publica custodia, quousque reddat primoⁿ pulsatori suam compositionem deinde judici^o. [35] si quis alium fuerit injuriatus verbo vel facto in populo, si ambo volunt stare ad iudicium populi, iudex^p determinabit secundum iudicium et dictum populi. si autem, pulsatus^q simplici sua assertione se^r expurgabit vel eum ille convincere poterit^s duello. [36] si
25 quis concivem suum sine iudice vel nuncio iudicis infra septa domus sue vel atrii sui temere^t invaserit, componet judici triginta solidos pro frevela. illi, quem invasit, componet suam missetat triplicatam. [37] in omnes curias fratrum de
30 claustris vel ministerialium, in quibus ipsi corporaliter non habitaverint, jus habet scultetus^u vel iudex vocandi ad iudicium et cogendi inhabitatorem. [38] similiter et^v ministros fratrum de quocunque claustro jus habet^x iudicandi de ipsis, scilicet in causis pertinentibus ad mercaturam, si volunt esse mercatores. [39] quicumque intraverit civitatem debitor existens alicujus hominis, si pulsatus fuerit^y coram iudice, canonicus vel ministerialis, in cujus domum ille forte hospes intravit^z,
35 presentabit eum sculteto^{aa} ad justiciam. quod si non fecerit, pro illo respondere tenetur^{bb}. [40] omnium compositionum factarum pro furto et pro frevela due partes sunt causidici, tertia advocati. in quibus talis est servanda distinctio: si compositio facta fuerit advocato, ejus est dividere sibi terciam partem^{cc}, causidico duas. ipse enim accipiet compositionem sibi factam et, quamcunque summam in accipienda

40 a) S istas. b) S quod. c) S suum. d) S om. et. e) S illi. f) S dampnum restituere debet. g) S accepit. h) S add. non. i) S pulsatori. j) S judici. k) S componi. l) S tercias. m) S producta. n) S om. primo. o) S et judici suam. p) S add. illud. q) S pulsatum. r) S om. se. s) S voluerit. t) S temerarie. u) S causidicus. v) S add. in. x) S add. scilicet. y) S fuit. z) S intraverit. aa) S causidico. bb) S tenetur. cc) S om. partem.

compositione ipse formaverit sive parvam sive magnam, illam causidicus nec minuere nec augere debet^a sed rataam habebit. [41] e contrario, si facta fuerit compositio ipsi causidico, ejus erit jus accipere duas partes et terciam advocato dare. et similiter, quaecumque compositionis ipse summam formaverit, advocatus non cassabit. [42] advocatus autem non debet judicare nisi in palacio episcopi. quodsi in domum suam aliquem vocaverit, ille, qui^b non venerit, non ideo quicquam ei componet. [43] mortuo vero^c advocato vel vacante advocatia quocumque modo, episcopus nullum advocatum ponere debet sine electione et consensu canonicorum, ministerialium et burgensium.

[44] Ad officium burgravii pertinet ponere magistros omnium officiorum fere in urbe, scilicet sellariorum, pellificum, cyrothecariorum, sutorum, fabrorum, molendinariorum et eorum, qui faciunt vasa vinaria et picarios^d, et qui purgant gladios, et qui vendunt poma, et cauponum. et de eisdem habet potestatem judicandi, si quid deliquerint in officiis suis. [45] locus autem judicationis^e et emendationis eorum est in palacio episcopi. [46] si qui vero predictorum inobedientes facti^f fuerint burgravio, ipse causam defert ad episcopum. [47] item ad jus burgravii spectat^g quedam thelonea accipere, ut gladiatorum, qui^h vaginis inclusi portantur in foro venales. aliorum autem, qui in navibus de Colonia vel undecumque portantur, theloneum accipiet thelonearius. [48] item olei, nucum, pomorum, undecumque adducta fuerint et vendita pro nummis, theloneum accipiet burgravius. si vero pro sale vel vino vel frumento vel quocumque alio precio vendita fuerint, theloneum dividet burgravius cum theloneario.

[49] Preter predicta omnia thelonea alia pertinent ad officium thelonearii. que tamen fiuntⁱ diverso modo. [50] si quis de navi una in alteram navim mercaturas suas transposuerit, de utraque navi dabit quatuor denarios. [51] quicumque mercator transierit in hanc civitatem cum soumis suis, si nichil vendiderit vel emerit, nullum theloneum dabit. [52] quicumque de familia ecclesie hujus vir vel mulier vendiderit in hac civitate res^j, quas vel^k manibus suis fecerit, vel que creverint ei, non dabit theloneum. et si^l quid emerit ad opus suum, quod gracia lucri vendere noluerit, similiter^m theloneum non dabit. si quis tamenⁿ imposuerit ei, quod res vendite sibi non creverint, ab ipso facte non fuerint, vel causa lucri emerit, simplici manu sua se expurgabit. [53] si quis emerit vel vendiderit citra quinque solidos, theloneum non dabit. [54] de quinque solidis nummum^o dabit, de talento quatuor, de equo quatuor, de mulo quatuor, de asino denarium.^p [55] theloneum de carbonibus et^q de canapo thelonearius non accipit, quod episcopi hucusque sumpserunt^r, sicut et bannum de^s vino et panes, qui dicuntur hernbrot^t¹, obtinuerunt. [56] ad officium^u thelonearii pertinet omnes

a) S debet. b) S illeque. c) S om. vero. d) S molendinariorum et cupariorum et qui faciunt boccharos. e) S indicationis. f) S om. facti. g) S spectant. h) S add. in. i) S fuerint. j) S add. suas. k) S om. vel. l) S om. si. m) S om. similiter. n) S autem. o) S add. unum. p) S add. unum. q) S om. et. r) S add. de consuetudine cum non de jure. s) S in. t) S herbrot. u) S add. quoque.

¹ Von dem mittelhochdeutschen stf. bērn = Steuer abgeleitet, eine Abgabe in Brot.

mensuras minutas sive grandes in sale, in^a vino, oleo, frumento a magistro cauponum formatas ignito ferro cauteriare. et eas nulli debet^b concedere nisi forsam concivi suo ad amam vini vel quartale^c frumenti et in hujusmodi parvis et sine pretio^d. [57] has tamen quicumque civium voluerit ad opus suum^e habere, licet ei ita, quod ex thelonearii consciencia et per ipsum signate^f sint^g, sicut etiam^h licet unicuique burgensium pondera librarum in domo sua propriaⁱ habere, ita tamen, quod a monetario sint formata. [58] est item officium thelonearii omnes pontes de nova urbe, quotquot fuerint necessarii, et burcgravii omnes de veteri^j construere ita firmos, quod cum plaustris et jumentis suis quilibet^k secure possit transire. quodsi ex vetustate vel nimia attritione vel quacunque debilitate pontium aliquis dampnum accepit^l, thelonearius aut^m burcgravius singuli in suis cogentur de jure restituere.

Sequitur de officio monetarii¹.

[59] Hic ex jure potestatem habet judicandi in falsam monetam et in ipsosⁿ falsarios tam^o in civitate quam^p extra per totum episcopatum sine omni iudicium contradictione. [60] ubicunque^q invenerit falsarium in toto episcopatu, adducet eum in civitatem et secundum iudicium civitatis iudicabit^r. [61] debet autem moneta esse in eo pondere, quod viginti solidi faciant marcam, qui denarii dicuntur pfundig^s. et hec stabilis et perpetua^t currere debet in hoc^u episcopatu, nisi forte falsata fuerit. tunc^v enim per concilium sapientum mutabitur^x secundum aliam formam, non secundum pondus. [62] locus autem percutiende monete est juxta piscatores^y². in una autem domo percutiendi sunt denarii, ut omnes invicem opera manuum suarum videant. [63] nullus facere denarios^z debet, nisi qui sit de familia hujus ecclesie. [64] in loco, ubi cambitores sedent, nullus alius homo argentum emere debet nisi soli^{aa} denariorum percussores. alibi per totam civitatem emant et vendant argentum quicumque volunt, nisi^{bb} propter novam monetam interdictum fuerit. [65] quando nova moneta percutitur et vetus interdicatur, a die interdictionis nunciabuntur terne quatuordecim dierum inducie, scilicet sex septimane, in quibus monetarius, quemcunque^{cc} voluerit, potest impetere, quod interdictam monetam acceperit. quodsi ille negare voluerit, cum septima manu jurabit se non fecisse, alioquin componet monetario sexaginta solidos. [66] finitis sex septimanis, nullum impetere debet, nisi quem viderit accipere interdictam monetam. [67] si viderit, accipiet denarium, ducet eum in iudicium ibique ipsum pulsabit. et si ille

a) *S om. in.* b) *S add. sine precio.* c) *S qualitatem.* d) *S om. et sine pretio.* e) *S om. suum add. ess.* f) *S signatas.* g) *S add. esse.* h) *S om. sicut etiam.* i) *S propterea.* j) *S add. urbe.* k) *S quisque.* l) *S acceperit.* m) *S vel.* n) *S improbos.* o) *S om. tam.* p) *S et.* q) *S add. autem.* r) *S iudicabitur.* s) *S phundis.* t) *S hoc stabile et perpetuo.* u) *S isto.* v) *S tantum.* x) *S add. sed.* y) *S est maximum forum prope circa stationem carnificum.* z) *S denarium.* aa) *S solum.* bb) *S add. generaliter.* cc) *S quicumque.*

¹ *Mone in der Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. II, 398 u. Hegel in den D. St. Chron. IX, 927 und 987 finden, daß in diesem Abschnitte über das Münzrecht ältere und jüngere Bestimmungen zusammengefloßen sind. Ihnen widerspricht Hanauer Études économiques sur l'Alsace I, 123 ff.*

² *Vergl. Straßb. Gassen- u. Häusernamen i. Mittelalter S. 61 u. 110.*

negaverit, cum honestis tribus personis convincet eum, quod acceperit. et ^a convictus sexaginta solidos componet ei. quodsi noluerit eum convincere, ipse ^b manu sua se expurgabit. [68] non licet autem aliquem impetere ^c nec debet quisquam componere nisi pro denariis ^d, qui dicuntur phundig ^e. [69] si quis etiam coram monetario dampnationem manus acceperit, judicabitur ^f sicut supra coram ca- 5
sidico. [70] si episcopus voluerit argentum de camera sua fundere ^g et inde denarios percuti, accipiet illud magister monete ^h et dividet inter monetarios, ut inde denarios faciant. et si denarii sunt phundig ⁱ, reddet de marca viginti solidos minus duobus denariis. [71] si autem in quocunque pondere leviori percussi fuerint, semper duobus denariis minus reddetur de marca. [72] de camera 10
episcopi ministrabuntur ei ^j carbones. ad marcam dantur tria sextaria carbonum. [73] quando novam monetam episcopus percuti jubet, a principio quinque solidi fiunt in ea forma et pondere, quo moneta cursura est. [74] hos servabit buregravius, quam diu moneta illa durabit, racione ^k ut ^l, si forte moneta illa falsata esse accusetur, per illos quinque ^m solidos examinetur et certifi- 15
cetur ⁿ. [75] monetarius quoque jurabit, quod in eo pondere et forma, quam ^o illi quinque solidi habent ^p, monetam sit percussurus. [76] quando monetarius ferramenta, in quibus denarii formantur, episcopo resignabit, reddet ei duo in forma nummorum et ^q duo in forma obulorum. preterea alia omnia ita ex toto resignabit, quod jurabit se non ^r habere plura nec scire aliquem habere. in quibus forme 20
delebuntur et frangentur. fragmentaque monetario reddantur aut ipse cum ^s licentia episcopi integra et illesa retinebit. [77] quicumque jus monetariorum habere desiderat, dimidiam marcam auri dabit episcopo, monete magistro quinque denarios auri, monetariis viginti solidos gravis monete. [78] quando episcopus monetam mutare voluerit, ferramenta monete per sex ebdomadas dabit. [79] quicumque 25
monetarius extra civitatem habitans in civitate argentum emerit, justiciam monete ^t persolvat.

[80] Quicumque muros vel vallum ^u civitatis ^v dissipaverit, componet quadraginta ^x solidos buregravio. [81] quicumque super ^y stratam edificaverit, similiter dabit ^z ad emendationem buregravio. nulli vero debet licenciam dare. [82] nemo 30
fimum aut purgationem ^{aa} ante domum suam ponat, nisi statim educere velit, exceptis locis ad hoc statutis, scilicet juxta macellum ¹, item juxta sanctum Stephanum itemque ^{bb} juxta puteum in foro equorum ² et apud locum, qui dicitur Gewirke ³. [83] vallum ^{cc} civitatis debet in circuitu habere extra a muro sexa-

a) S add. ita. b) S add. sola. c) S impeti. d) S per denarios. e) S phundis. f) S indicabitur. 35
g) S fundi. h) S monetariorum. i) S phundis. j) S eis. k) S add. ea. l) S om. ut.
m) S quod illos. n) S om. et certificetur. o) S quod. p) S om. habent. q) S om. et.
r) S nec. s) S de. t) S add. id est slegeschaz. u) S vallim. v) S om. civitatis. x) S sexa-
ginta. y) S supra. z) S stabit. aa) S om. aut purgationem. bb) S item. cc) S vallis.

¹ Die alte Metz. Vergl. Straßb. Gassen- u. Häusernamen i. Mittelalter S. 111.

² Der spätere Kugelbrunnen auf dem Roßmarkt. Vergl. Straßb. Gassen- u. Häusernamen i. Mittel- 40
alter S. 48.

³ Gewirke = Mistgrube.

ginta pedes, intus triginta pedes^a. [84] quicumque molendinum facere voluerit, licentiam a buregravio et consensum burgensium^b queret. quibus duobus habitis, aureum nummum buregravio dabit. [85] nemo tribuat theloneum de nattis^c, de pullis, de anseribus, de ovis, de porris, de caulibus et aliis quibuscunque^d oleribus, de scutellis, de bechariis, nisi vendat valens quinque^e solidos. [86] nemo porcos in civitate debet habere, nisi pastori eos committat^f. [87] curtis autem, ubi porci pascuntur, est inter portam, que dicitur Vellemannes^g burgetor, et aliam portam proximam.

[88] Ad jus episcopi pertinet, ut de hac civitate habeat viginti quatuor legatos et hos tantum de genere mercatorum. quorum officium est infra episcopatum tantum^h facere legationes episcopi ad homines suos. quodsiⁱ dampnum interim aliquod passi fuerint vel in persona vel in rebus suis^j, quas in itinere duxerint, episcopus debet^k eis restituere. [89] debent singuli singulis annis hujusmodi^l legatione ter fungi cum expensis^m episcopi. hiis ex parte episcopi talis honor exhibendus est, quod in suisⁿ festivitibus, quando homines suos invitaverit, debent honestas coram ipso^o sedes habere ad prandium, ut eisdem hominibus suis eo notiores efficiantur. [90] cum episcopus intraverit civitatem, equi stabulandi sunt in dominico stabulo, quod incipit ab hospitali et procedit in circuitu muri usque ad pomerium episcopi². [91] si plures habuerit equos, assument^p eos causidicus vel iudices sui et marscaleus et stabulabunt eos in domibus, ubi peregrinorum^q solent esse hospicia. si plures equos habuerit, non ponet eos de jure in aliquibus aliis^r domibus civitatis^s, nisi id per preces obtinere poterit^t. [92] si autem imperator vel rex intraverint, equi sui ubique hospitabuntur. [93] debent etiam^u singuli^v burgenses in^w singulis annis quinquies operari numero dierum in dominico opere, exceptis monetariis omnibus^x, qui sunt de familia ecclesie, et exceptis duodecim inter pellifices et exceptis sellariis omnibus et^y quatuor inter cyrothecarios et quatuor inter panifices et octo inter sutores et fabris omnibus et carpentariis omnibus et carnificibus et cupariis^z vinariorum vasorum.

[94] Ad curtim dominicam, que est infra civitatem³, dabit causidicus^{aa} tredecim boves ad aratra^{bb} episcopi, quos sumet de casu^{cc} hominum ecclesie morientium, et jumentum unum, quod magister curtis equitabit et semina ducet ad agros. [95] dabit etiam duodecim sues et duos verres, unum ad opus episcopi, alium ad opus burgensium. [96] episcopus in eadem curti ponet stadelarium. stadelarius^{dd} dabit

a) S om. pedes. b) S a burgensibus. c) S om. de nattis. d) S om. quibuscunque. e) S quindecim. f) S communicat. g) S Willemannes. h) S om. tantum. i) S qui si. j) S om. suis. k) S tenetur. l) S om. modi. m) S expensa. n) S summis. o) S episcopo. p) S assumet. q) S om. peregrinorum. r) S om. aliis. s) S civium. t) S nisi per preces. u) S autem. v) S om. singuli. w) S om. in. x) S om. omnibus. y) S add. exceptis. z) S operatoribus. aa) S scultetus. bb) S aratrum. cc) S censu. dd) S qui.

40 1 Vergl. Silbermann Localgesch. d. Stadt Straßb. S. 50.

2 Vergl. Straßb. Gassen- u. Häusernamen i. Mittelalter S. 157.

3 Vergl. Straßb. Gassen- u. Häusernamen i. Mittelalter S. 116.

aratum et egedam. [97] cetera omnia, que necessaria sunt, prebebit causidicus^a, excepta mercede et annona servientium^b. [98] iudicum uterque dabit in messibus quinque solidos et magister molendinariorum unum solidum et^c magister cauponum unum solidum ad emendum panem in messibus. [99] et quando trituratur frumentum episcopi, dabit utrique iudici maldrum unum, quia iudices et precones^d 5 custodire debent frumentum episcopi in messibus^d, dum metitur. [100] boves ad aratra^e episcopi pertinentes non debet causidicus in alium usum applicare, nisi foret^f ad colendam suam Schuchbuze¹, nec episcopus in alios usus transferre^g nisi aratri sui. [101] si inter hos boves unus vel duo vel plures^h senio vel aliquo alio modo preter morbum contagii fuerint inutiles redditi ad culturam, carnificesⁱ 10 debent carnes eorumⁱ vendere et nummos causidico dare. et interim nulle alie carnes vendende sunt.

[102] Inter pellifices duodecim sunt², qui cum expensis episcopi facere debent pelles et pellicia, quantum episcopus habuerit necesse. horum materiam magister pellificum, assumptis secum, quotquot fuerint necessarii, de hiis duodecim, emet de 15 argento episcopi vel Maguntie vel Colonie^j. si dampnum aliquod in via^k acceperint tam in rebus quam in captivitate^l, episcopus debet eis restituere^m. [103] fabrorum jus est, quando episcopus ierit in expeditionem imperatoris, quod quilibet faber dabit equorum ferramenta quatuor cum clavis suis, de quibus dabit episcopo buregravius ad viginti quatuor equos, reliqua sibi retinebitⁿ. [104] si ierit episcopus 20 ad curiam, quilibet dabit duo ferramenta^o cum clavis suis, de quibus buregravius ad duodecim equos dabit^p episcopo, reliqua retinebit. [105] preterea fabri^q debent omnia facere, que necessaria habuerit episcopus in palacio suo, sive in januis sive in fenestris sive in januis vasorum^r, que de materia ferri fieri conveniat, data eis materia ferri et ministrata interim vivendi^s expensa. [106] si castrum aliquod 25 episcopus obsederit vel ei obsessum fuerit, trecentas sagittas dabunt. si pluribus egerit episcopus, de sumptibus suis et expensis sufficienter administrabunt. [107] clausuras et cathenas ad portas civitatis obserandas, datis sibi de re publica sumptibus et expensis, facere debent. [108] inter sutores octo sunt, qui episcopo eunti ad curiam vel expeditionem imperatoris dabunt thecas candela- 30 brorum, baccinorum et cyphorum. reliqua omnia, quecumque^t necessaria fuerint ad predicta vel ad obsidiones castrorum, sive in bulgis sive in bustris^u sive in qualunque conveniente predictis negotiis suppellectile de nigro corio facienda, de sumptibus et expensis episcopi facient. [109] quatuor inter cyrothecarios eunti episcopo ad curiam vel expeditionem dabunt, quantumcunque fuerit necessarium de 35

- a) *S* scultetus. b) *S* servorum. c) *S* om. solidum et. d) *S* om. in messibus. e) *S* aratum. f) *S* forte. g) *S* transferat. h) *S* boves aliquis. i) *S* ejus. j) *S* vel in Moguntia vel in Colonia. k) *S* om. in via. l) *S* per captivitatem vel amissionem rerum suarum. m) *S* emendare. n) *S* obtinebit. o) *S* ferri. p) *S* dat. q) *S* om. fabri. r) *S* ursorum. s) *S* vescendi. t) *S* que. u) *S* briaris.

¹ Vergl. Silbermann *Localgesch. d. Stadt Straßb.* S. 153.

² Cfr. nr. 268 not. 1.

albo coreo ad thecas candelaborum, baccinorum et cyphorum. reliqua omnia, quantumcunque fuerit necessarium^a ad predictas res et ad castrorum obsidiones, de albo coreo facient de sumptibus et expensis episcopi. [110] sellarii episcopo eunti ad curiam duas sellas soumarias^b dabunt^c, ad^d expeditionem imperii^e quatuor^f. si pluribus egerit, de sumptibus et expensis episcopi facient. [111] episcopo eunte in expeditionem vel ad curiam, qui gladios poliunt, debent purgare gladios et galeas vicedomini, marscalci, dapiferi, pincerne, camerarii et omnium, qui necessarii et cotidiani sunt ministri episcopi^g. preterea^h purgabunt venabula episcopi, si necesse fuerit. [112] becherarii omnes becharios, quoscunque necessariosⁱ habuerit episcopus vel in curia sua vel imperatoris^j, cum eum adierit, vel profisciscens ad curiam imperatoris, de sumptibus et expensis ipsius facient. magister autem cupariorum dabit materiam lignorum. preterea^k cotidie dabit ligna becherariis^l episcopi. [113] cuparii, data materia lignorum a magistro suo et circulis ligaminibusque datis a cellerario^m episcopi, facient omnia, quecunque necessaria habuerit episcopus domi existens vel imperator vel imperatrix, cum presentes fuerintⁿ, ad balnea sua et preterea^o ad coquinam et ad^p opus pincernarum. similiter et^q, cum vadit ad curiam, eadem omnia prebebunt cum sumptibus et^r expensis episcopi. preterea omnia vasa vinaria parva et magna episcopi ligabunt cum sumptibus et expensis ejus^s. [114] cauponum jus est singulis diebus lune purgare^t necessarium episcopi et granarium, si habere voluerit^u. [115] molendinarii et piscatores debent episcopum in aqua vehere, quocunque voluerit, inter Rust superius et Velleter inferius^v. quibus thelonearius prebebit naves, quocunque fuerint necessarie. ipsi enim^w cum remis suis intrabunt et reducent eas^x ad pomerium episcopi, unde et duxerunt, cum expensis ipsius^y. dabunt autem piscatores duos viros, molendinarii tertium virum^z. si de sua negligentia naves perdiderint, solvent; si vi^{aa} fuerint eis ablate, episcopus restituet. [116] piscatores debent piscari ad opus episcopi inter nativitatem sancte Marie et festum sancti Michahelis singulis annis tribus diebus et tribus noctibus cum omnibus suis instrumentis, cum aqua plus fuerit idonea, inter Velleter inferius in Reno et^{ab} Rust superius, in Alsa usque^{ac} Ebersheim, in Bruscha^{ad} usque Mollesheim, in Schuttura^{ae} usque Merburg, in Kintsika^{af} usque^{ag} Kinzdorff^{ah} cum expensis episcopi. infra terminos hos nullus eos excludere audeat ab aliqua aqua, nisi que sub claustris coarctata est^{aa}. [117] in

Sept. 8
Sept. 29

35 a) *S* que fuerint necessaria. b) *S* somnarias. c) *S* om. dabunt. d) *S* in. e) *S* om. imperii. f) *S* add. sellas. g) *S* om. episcopi. h) *S* eciam. i) *S* becharii omnia becharia quecunque necessaria. j) *S* imperator. k) *S* idem eciam. l) *S* bechariis. m) *S* cellario. n) *S* om. vel imperator vel imperatrix cum presentes fuerint. o) *S* om. et preterea. p) *S* om. ad. q) *S* om. et. r) *S* om. sumptibus et. s) *S* episcopi. t) *S* carere noluerit. u) *S* om. enim. v) *S* eum. w) *S* episcopi. x) *S* om. virum. y) *S* violenter. z) *S* add. in. aa) *S* add. in. bb) *S* Brusca. cc) *S* Schuttera. dd) *S* Kintzicha. ee) *S* add. ad. ff) *S* Kintzichdorf. gg) *S* coarta sunt.

40 ¹ Nach Grandidier *Hist. de Vêgl. de Strasb. II, 91 not. o* in der Nähe von Stollhofen gelegen, wohl ohne Zusammenhang mit der *S. 149 Z. 2* erwähnten via que Velleter dicitur, die bei Königshofen gelegen.

Bruscha^a a vallo superiori civitatis usque ad inferius juxta sanctum Stephanum nullus audeat piscari sine licentia episcopi vel dapiferi sui. [118] carpentarii singulis diebus lune debent in opus episcopi ire cum expensis ipsius^b. cum summo mane venerint ante palacium, non audeant^c recedere ante sonitum campane, que ad missam mane pulsatur^d. si interim^e non fuerint in opus episcopi assumpti, liberi ea^f die recedant. non sunt cogendi ire in^g alicujus opus alterius^h nisi episcopiⁱ.

Aus Grandidier *Hist. de Pégl. de Strasb. II*, 42—93 nach einem ehemals im Straßb. bischöfl. Archiv befindlichen, jetzt nirgends mehr auffindbaren Pergament-Codex des 13ten Jahrh. von 26 Blättern, betitelt *jura et leges civitatis Argentinensis*, der außerdem das zweite und dritte Straßburger Stadtrecht enthielt. Aus Grandidier auch bei Walter *Corp. jur. German. III*, 780—798 = Giraud *Essai sur l'hist. du droit français au moyen âge I* p. j. p. 7—18 = Gaupp *Deutsche Stadtrechte des Mittelalters I*, 48—89 = Gengler *Deutsche Stadtrechte des Mittelalters S.* 472—482 = Migne *CXXXVII*, 583—598.

S coll. Schüller Königsh. S. 715—728 nach einem offenbar jüngern und zum Theil corrupten Text, der aus einer kleinen von Rimpler der Stadt Straßb. im Jahr 1660 geschenkten, heute ebenfalls unbekanntenen Pergament-Handschrift entnommen ist. Die hier wie bei Grandidier beigefügte mittelhochdeutsche Uebersetzung, die sich zumeist mit den jüngern Texten deckt und im günstigsten Falle erst aus den letzten Jahrzehnten des 13ten Jahrh. stammt, schien hier wie beim zweiten und dritten Stadtrecht nicht wichtig und selbständig genug um wiederholt zu werden. Ebenso ist die offenbar einer spätern Redaction angehörende Capiteleintheilung weggelassen.

Was die Datirung des Stücks anbelangt, so können die Hypothesen Grandidier's, der es Bischof Erchenbald von Straßb. zuschrieb, und Arnold's (*Verfassungsgesch. der deutschen Freistädte I*, 90 ff. u. 323), der es in das letzte Jahrzehnt des 12ten Jahrh. setzte, jetzt als beseitigt gelten. Das Resultat der Hegel'schen Untersuchung (*D. St. Chron. IX*, 923—927), die das erste Straßb. Stadtrecht den mittlern Jahrzehnten des 12ten Jahrh. zuweist namentlich mit Rücksicht auf § 10 u. 31, welche das Privileg König Lothars vom Jahre 1129 das *jus de non evocando* betreffend (cfr. nr. 78) schon voraussetzen, darf wohl heute als allgemein angenommen betrachtet werden. Zu gleichem Ergebnis sind auch die beiden neuesten Monographien über die ältere Straßb. Stadtverfassung gekommen: H. Th. Horn *Die Anfänge der Straßb. Stadtverfassung S.* 40, 47 u. G. Winter *Gesch. des Rathes in Straßb. S.* 18 ff.

a) *S* Brusca. b) *S* episcopi. c) *S* debent. d) *S* antequam mane missa pulsetur. e) *S* tunc. f) *S* illa. g) *S* ad. h) *S* om. alterius. i) *S* add. domini solummodo.

617. *Zweites Straßburger Stadtrecht. [um 1200].*

In nomine sancte et individue trinitatis. amen. notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter cives Argentinensis civitatis sapientiores et honorabiliores tanquam justicie et equitatis amatores ductu rationis conven-
5 nerunt et de consensu et consilio domini episcopi, advocati omniumque majorum eandem civitatem colentium hec instituta statuantes describi fecerunt :

[1] Statutum est, ut duodecim vel plures, si necesse fuerit, honeste et ydonee persone sapientes et discrete tam inter ministeriales quam inter cives ponantur
annuatim consules civitatis. inter quos unus magister vel duo, si necesse fuerit,
10 eligantur, qui jurant omnes invicem honorem ecclesie, episcopi et civitatis ad omnia fideliter promovere, civitatem et cives majores ac minores, divites ac pauperes ab omni malo pro posse et nosse defendere et per omnia secundum veritatem juste
judicare. [2] sedebunt autem pro tribunali ad judicandum omni ebdomada duabus
vicibus, scilicet in feria tertia et in feria quinta, nisi propter festos dies omittant.
15 magister vere judicabit, consules dabunt sententiam. [3] nullus de consulibus debet verbum alicujus proferre vel sine licentia magistri et consiliariorum ad consilium alicujus amici sui de tribunali ire. [4] non licet, ut pater et filius vel duo fratres simul in consules eligantur. [5] quandocunque ardua negotia coram domino episcopo vel alibi sunt tractanda, consules primo congregabuntur ad invicem et, si
20 opus fuerit, scabini vocantur ad consilium. [6] consules autem non judicabunt secundum jus provincie, quod dicitur landrecht, sed secundum veritatem et statuta civitatis subscripta :

[7] Statutum est, ut, quicumque aliquem verbis injuriare vel vituperare presumpserit et de hoc coram consilio civitatis duobus vel tribus testibus convictus
25 fuerit, triginta solidos denariorum componat et, omni petitione postposita, tam diu extra civitatem manebit, quousque hos triginta solidos persolvat et leso satisfaci-
at. [8] quicumque autem alium depilaverit vel pugno vel aliquo modo sine sanguinis effusione percusserit, si duobus testibus convictus fuerit, quinque libras componat. [9] si quis vero aliquem armis vulneraverit, si deprehensus fuerit,

servabitur in publica custodia usque ad mortem vel sanitatem lesi et secundum culpam suam puniendus erit. [10] si lesus morietur, reus capitali sententia plectetur. si autem evaserit, pro sanguinis effusione, data coram sculteto sententia, reus in cyppo dextra manu truncabitur. [11] quodsi reus effugerit, si proprietatem vel hereditatem habuerit, domus sua destruetur vel, si consules et scultetus voluerint, domus sit communis et pateat omnibus, depositis fenestris ac januis, quousque amicitiam lesi obtinuerit et consulibus, sculteto, avvocato emendationem exhibuerit et civitati. [12] componet autem consulibus quinque libras, sculteto et avvocato triginta solidos. [13] si autem proprietatem vel hereditatem non habuerit, bona rei mobilia in potestate erunt consilii, ut iudicibus et ipsi leso exinde satisfactionem exhibeant. [14] quandocunque coram consulibus pro frevela facta fuerit compositio, iusticia sculteti et avvocati patebit, quemadmodum coram ipsis in iudicio facta fuerit compositio. [15] quicumque domum vel curiam alicujus intrando hospitem vel familiam suam verbo vel opere molestaverit, si hospes in instanti se defendendo vindictam in illum sumpserit et ipsum leserit, nullam proinde tenetur compositionem seu emendationem porrigere. si autem lesus insons esse voluerit et hospitem ad iudicium pulsaverit, hospes in iudicio sola manu se expurgabit. [16] si quis iudici calamum porrexerit pro emendatione et in manu iudicis de oblivione calamum dimiserit et iudex ipsum ob hoc infestaverit, iudici pro delicto novem denarios dabit. [17] homines sanctorum vel aliarum ecclesiarum, qui alieno jure gaudent, dabunt emendationem, id est wette, in iudicio iudici secundum pertinentiam et jus eorum cum juramento. [18] quicumque autem jurare noluerit, dabit singulo wette octo denarios. si autem aliquis in iudicio convictus fuerit uno beredet, dabit duos solidos. [19] quicumque personaliter ducatum prestitit ad querendum concivem suum in domo sua manu violenta, de propria persona sua trium virorum emendationes scilicet frevele persolvat. et postea quilibet coadjutorum suorum pro se triginta solidos persolvat. [20] si aliqua dissensio et rixa inter concives oritur et illic concursus fuerit, nullus arma arripet, nisi prius ante monasterium beate virginis coram consiliariis appareat et ibi eorum utatur consilio. consilarii vero ob bonum pacis et ad sedandam discordiam arma debent arripere. [21] hiis itaque exceptis, quicumque extra domum suam in adiutorium amicorum suorum arma tulerit, quinque libras civitati componet. quas si habere non poterit, a civitate ejiciatur, donec secundum arbitrium consiliariorum emendetur. [22] preterea statutum est, ut, quicumque de provincialibus aliquem concivem nostrum tam in persona quam in rebus ledere vel molestare presumpserit, si ante compositionem civitatem ingressus fuerit et ille, quem lesit, vel aliquis amicorum suorum vindictam in eo sumpserit, ad nullam inde teneatur emendationem, querimonia tamen prius consiliariis deposita et reo denunciata.

[23] Preterea omnium beneplacito electi et statuti sunt scabini vite probabilis bonique testimonii, qui in electione sua jurare debent coram consulibus testimonium veritati perpetualiter exhibere super omnibus, que viderint et audierint. [24] isti vero testes inducendi sunt in venditionibus et emptionibus ac creditionibus et persolutionibus debitorum et in omni causa. deinceps vero non sunt super aliqua causa

juraturi, sed per primum juramentum ipsorum interrogandi. [25] quicumque autem tam vir quam femina debitum suum coram duobus istorum testium seu coram duobus, qui sunt in consilio, creditori recognoverit et postea per intercidentem aliquam controversiam alter eorum negaverit, solo testimonio quorumlibet duorum
 5 predictorum virorum coram consilio vel iudice vincatur et convictus unam carrutam vini et libram denariorum consulibus componat, sculteto et advocato triginta solidos et singulo scabino, quorum testimonio convictus est, quinque solidos ob hanc causam, quod perjuriam, que sepius in iudicio ex incognito fiebant, rarius usitentur.

10 [26] Mulieres vero, que hactenus debita virorum suorum persolvere non consueverant, ea, que creditoribus suis coram testibus scabinis professe fuerint, ex testimonio convicte persolvere teneantur. [27] preterea statutum est, ut, quicumque introductionem testium pro debito suo in civitate contempserit presentare, debitorem suum duello non poterit infestare, sed juramento exhibito innoxius manebit.

15 [28] Denique, quicumque noctibus cum cultellis vel cum aliqua armatura inceserint, tanquam malefactores suspecti puniantur, nisi legitima excusatione se possint excusare.

[29] Statutum est quoque, quod nullus concivium nostrorum, qui habent pistrina, in festo sancti Martini pistoribus suis vinum aut alia munuscula mittere debet et in
 20 nativitate domini aut in aliis festivitibus ipsos invitabit ad prandium. [30] similiter, qui lapicidas aut carpentarios habuerit, ipsos non habebit in cena nec in festis diebus in prandio. [31] hoc quicumque dando vel recipiendo infregerit, viginti solidos civitati dabit.

[32] Infra civitatem extra domum suam nullus porcos nutrire debet. nam quicumque vagantem porcum in platea sine ductore ceperit, ipsum, si voluerit, reservabit, donec ab illo, cujus porcus est, quinque solidos recipiet.

[33] Illi siquidem de civibus, qui naute dicuntur, universos concives nostros divites et pauperes tam de pondere proprie persone quam de pondere equi, quem sedent et equitant, sine pretio transducent et reducent ita prompte, quod a nullo
 30 possint incusari, quod luculenta occasione tardaverint et ipsum impederint. nam qui de hoc convictus fuerit, viginti solidos civitati persolvat. [34] mercatores quoque concives nostri de pecoribus vel de aliis mercimoniis suis, que propria persona vel in equo, quem sedent, ferre non possunt, nautum¹ reddent institutum. et de propria persona, sive sint in equis sive ad pedes, erunt immunes. [35] ob
 35 hujus laboris recompensationem statutum est, ut nullus aliquem transducat preter nautas predictos, qui a domino advocato portum receperint.

[36] Carnifices vero carnes suas vel inustas, que phynnehte sunt, infra tecta macellorum nullatenus habere debent venales sed extra tecta. [37] interdictum est, ne vina venalia in Bruscha in navibus vel ante monasterium in plaustis ante
 40 primam figantur vel vendantur.

¹ nautum = *nautum, nautium, pigus.*

Nov. 11

Dec. 23

[38] Illi autem, qui zolnere¹ dicuntur, non debent naves intrare nisi petitione et jussu concivium nostrorum.

[39] Prohibitum est et interdictum de consensu omnium per diffinitivam sententiam, ne aliquis tam vir quam femina de concivibus nostris bona sua, que in civitate sunt sita, conferat alteri in dotem extra civitatem in provincia, sed in civitate coram honestis viris publice. 5

[40] Quando domini in alicujus domum concivis nostri venerint, si jocularior medio tempore in domo illa manducaverit, hospes domus libram unam civitati persolvat, nisi jocularior de provincia cum hospitibus in civitatem venerit.

[41] Cuparii debent facere vasa ad quadraginta amas et sine spint. 10

[42] Nulli debent in civitate corizare in loriceis vel alia armatura.

[43] Nullum vinum post aliud vendi debet equali precio sola die in uno cellario vel taberna. quicumque hoc mandatum transgressus fuerit, viginti solidos civitati dabit. [44] quicumque etiam vina injuste mensuraverit, de scupha² cadet in merdam et hospes, cujus vina sunt, dabit talentum. 15

[45] Preterea interdicte sunt iste consuetudines, scilicet annuli visitales, annuli sponsales et omnia munera, que forte darentur in locum annulorum. [46] item interdicti sunt denarii, qui dabantur dominabus in puerperiis, et qui dicuntur hantgiftphenninge^a in natalibus, ita, quod nullus vir vel femina presumat aliquem denarium dare nisi solummodo sue familie, que manet in domo sua. [47] ad nuptias sponsales non maneat in mensa nisi octo viri et octo femine ab utraque parentela invitati equaliter et quatuor joculariores viri et non femine. ulterius nullus jocularior vel jocularior mittantur alieni vel aliqua dona ipsis conferantur. [48] quicumque ad nuptias plures viros, feminas vel joculariores habuerit aut annulos dare presumpserit, manebit extra civitatem per unum mensem ultra miliare et non intrabit civitatem, quousque consulibus quinque libras persolverit. [49] si vero aliquis jocularior vel aliqua jocularior non invitati in mensam alicujus manducare presumpserit, hospes domus dabit ad penam decem solidos denariorum et servientes judicum auferent vestimenta jocularioris. 20

[50] Si autem de civibus nostris aliquis de predictis mandatis aliquid transire vel infringere presumpserit, dabit ad penam decem libras denariorum, quorum medietas cedit operi civitatis, altera pars consulibus civitatis et custodibus predictorum mandatorum. [51] custodes autem quatuor statuentur omni anno in renovatione consiliariorum, scilicet duo de consulibus et duo de scabinis, qui jurabunt^b prefata mandata fideliter custodire. 25

a) Grandidier hantgift phenninge. b) Grandidier add. de.

¹ Grandidier setzt in den Text *tolkere* und sagt in einer Anmerkung, daß andere Handschriften *zolkenere* haben. Er versteht unter *tolkere* *Schiffsleute*, ich wußte für das äußerst seltene Wort, das mir außerdem an der Stelle keinen Sinn zu haben scheint, keine befriedigende Ableitung zu finden. Die andere Lesart, der ich die gewöhnliche Schreibung gebe, scheint mir einfacher und passender. 30

² Ueber die *Schupfe* vergl. Straßb. Gassen- u. Häusernamen i. Mittelalter S. 111.

[52] Quicumque de concivibus nostris in tempore belli vadit in aliam civitatem cum armis suis sine licentia magistri civium nostrorum et consilii et cum aliis civibus exit et procedit, dabit quinque libras et a jure civitatis nostre separabitur. [53] si aliquis lesionem vel offensam sibi illatam conquerendo magistro deponit et propter querimoniam magistro delatam fuerit et iterato male tractatus, ille, qui fecerit temeritatem, dabit civitati tres emendationes, scilicet quindecim libras propter renovatam indisciplinam, et quilibet coadjutorum suorum dabit quinque libras. [54] quodocumque inter cives nostros orta fuerit ira et contentio et magister cum consulibus ad bonum pacis treugas servare fecerit, quicumque contra magistrum rebellis fuerit et treugas servare noluerit, si consul est aut scabinus, ab honore sui officii privetur. alia vero persona, que non est consul aut scabinus, dabit quinque libras et per annum unum extra civitatem manebit.

[55] Judices civitatis presidere debent iudicium in prima pulsatione prime pulsati vero comparebunt in iudicio, quousque secunda campana prime pulsata fuerit ad finem, et tunc recedent. et si medio tempore pulsator non venerit, iudici emendabit.

[56] Panni grisei, qui non sunt in altitudine duarum ulnarum et quartali unius ulne, debent comburi. et si intermixti sunt crinibus, similiter igne comburantur. et erga hospites non debent emi panni, qui minoris sunt latitudinis et crinibus sunt intermixti. si autem idem panni empti et recepti fuerint, similiter comburantur.

[57] Hec sunt claustra, que in exitu civitatis ministrabunt equos ad plaustrum vexilli: Ebersheim, Marpach, Morsmunstre, Nuwilre, Swarzach, Gengenbach, Schutere. ministrabit autem prepositus sancti Arbogasti palafredum unum, quod scultetus cum plastro equitabit. judei facient vexillum.

25 *Aus Grandidier Oeuvr. inéd. II, 187—215 nach der bei nr. 616 beschriebenen handschriftlichen Ueberlieferung.*

30 *Die Datirung Grandidier's l. c. p. 175 ff. und Strobel's (Vaterl. Gesch. d. Els. I, 315), die beide das zweite Stadtrecht Bischof Otto von Straßb. und dem letzten Jahrzehnt des 11ten Jahrh. zuweisen, entbehrt jedes Anhaltes und jedes Grundes. Arnold (Verfassungsgesch. der deutschen Freistädte I, 328), Gaupp (Deutsche Stadtrechte des Mittelalters I, 47) und Hegel in den D. St.-Chron. IX, 928 ff. haben es übereinstimmend in die Jahre 1214—1219 gesetzt. Aber ihre Beweisführung ist keineswegs zwingend. Die Gründe dagegen hat Winter (Gesch. des Rathes in Straßb. S. 31 ff.) treffend hervorgehoben. Wenn auch seine genaue Datirung, nach der dies Stück in die Jahre 1201—1202 zu stellen ist, zu gewagt ist, so möchte doch wohl die Entstehung desselben namentlich mit Rücksicht auf die bisher unbekannte Urkunde nr. 144, die uns den Straßb. Stadtrath schon zu den Zeiten Bischof Konrads von Hunenburg bestehend zeigt, an die Wende des 12ten und 13ten Jahrh. zu setzen sein.*

618. *Drittes Straßburger Stadtrecht. [1245-1260].*

In nomine domini et individue trinitatis. notum sit omnibus presens scriptum inspecturis, quod temporibus venerabilis domini Heinrici de Stahelecke episcopi Argentinensis orte fuerunt tante indisciplinæ et injuriæ et oppressiones mulierum et pauperum in civitate Argentinensi, quod idem dominus episcopus imputavit consulibus et ceteris civibus majoribus excessus suos in hoc et negligentiam judicis. tandem consules et ceteri cives meliores et sapientiores cum predicto domino suo episcopo, canonicis et ministerialibus in hoc convenerunt, quod ipsi de communi consensu et consilio hec nova instituta statuerunt, salvis tamen antiquis judiciis et statutis in omnibus, ita quod scultetus, advocatus et consules in prioribus nihilominus procedant, prout jura et consuetudines civitatis in libellis sunt descripte :

[1] Statutum est itaque, quodcumque aliqua injuria vel indisciplinæ facta fuerit in civitate, quod magister civium et consules civitatis infra tres dies proximos hoc debent judicare et secundum culpam rei emendare. [2] si autem hoc delictum ex negligentia magistri civium non fuerit judicatum, magister in hoc convictus exhibit civitatem et manebit foris ultra miliare unum per tres menses. [3] si autem magister probare potuerit, quod aliquis de consulibus inobediens sibi fuerit ad iudicium promovendum, idem consul simili modo exhibit civitatem et extra manebit per tres menses ultra miliare.

[4] Item, quicumque ad observandum et promovendum hec instituta jurare noluerit, omnia dampna et gravamina, que posthac illata sibi fuerint, a civitate sibi emendata per iudicium . . . ipse autem pro delictis suis nihilominus punietur.

[5] Item, quicumque virginem vel mulierem violenter oppresserit, statim ipse et auxiliatores sui, si non deprehensi fuerint, exhibunt civitatem per unum miliare unum annum nullatenus intrantes civitatem, quousque lese, civitati et iudicio satisfecerint. [6] item, quicumque aliquem armis vulneraverit, ille et adjuutores sui vitabunt civitatem per unum annum usque ad satisfactionem lesi, civitatis et iudicii. [7] si autem gladio vel cultello aliquem agitaverit et ipsum non vulnera-

a) *Man ericartet etwa* : non obtinebit.

verit, vitabit civitatem per mensem unum ultra miliare usque ad condignam satisfactionem. [8] item, quicumque premeditato consilio fustibus aliquem percusserit aut percuti fecerit, vitabit civitatem per annum ad emendationem condignam. si autem non premeditato consilio aliquis aliquem depilaverit vel alapas dederit, vitabit civitatem per miliare usque ad emendam condignam. [9] item, quicumque pisces, vasa vel ligna alteri acceperit violenter, manebit extra civitatem per mensem unum usque ad condignam satisfactionem. [10] item, quicumque acutum cultellum contra preceptum portat, vitabit civitatem per mensem. si cultellum absconditum habet, reputabitur pro malefactore et gravius punietur. [11] quicumque hospes domus debet hospitem extraneum premunire ita, quod cultellos suos deponat in civitate. quodsi hospes domus in hoc se neglexerit, de quolibet cultello hospitem dabit decem solidos. [12] item, quicumque noctibus cum mitris ferreis vel armis sine lumine repertus fuerit, manebit extra civitatem per mensem sine illis, qui iudicio president. [13] item, in quacunque domo post sonitum tercium campane lusores reperti fuerint, hospes domus dabit unam libram.

[14] Item, quicumque civium non venerit ad iudicium, postquam tertia vice vocatus fuerit, advocatus et scultetus debent eum cogere ad persolvendum debitum. [15] quodsi illis et iudicio fuerit inobediens, magister civium et consules cogent eum ad satisfactionem. et propter inobedientiam et temeritatem suam manebit extra civitatem per sex ebdomadas usque ad satisfactionem condignam.

[16] Item, si honestus homo homini nequam, qui male, superbe et turpiter ei responderit, alapam dabit, proinde non est pena statuta vel emenda.

[17] Item quia domini et provinciales nostri malam et injustam habent consuetudinem in hoc, quod pro culpa alicujus concivis nostri alios concives nostros inculpabiles gravare et offendere presumant, ideoque de consensu civitatis nostre statutum est: si aliquis dominus vel provincialis noster aliquem concivium nostrorum indebite gravare presumpserit, si lesus non potest in illo vindictam sumere, in consanguineis suis propinquis, si potuerit, dampnum suum recuperabit infra et extra civitatem, querimonia tamen prius consiliariis deposita.

[18] Quandocunque consules de consensu civitatis aliqua instituta fecerint de annona interdicenda, de vino, de cultellis vel de quocunque mandato publico pro honore et utilitate civitatis fecerint, quicumque hoc mandatum violare presumpserit, consules facient eum infra triduum exire civitatem, ultra miliare per mensem unum manere et nullo modo civitatem sine emenda sibi injuncta intrare. [19] si autem sine licentia magistri et consiliariorum infra miliare vel in civitatem venerit, exhibit iterato usque ad miliare et manebit foris duplici tempore, quo prius sibi injunctum fuerit, ita quod duplici pena puniatur tam vir quam femina.

[20] Item, quicumque civium nostrorum habet in civitate vel extra civitatem aliqua bona immobilia cum aliquo communia et indivisa, potest partem suam indivisam in eisdem bonis in dotem conferre cui voluerit. et non oportet, ut mulier super dotem suam extra civitatem ducatur, non obstante, si prius neglectum fuerit, quia preteritum vel futurum ratum permanebit. et sic mulier e converso viro facere potest.

[21] Statutum est etiam de communi consilio consiliariorum et scabinorum, quicumque concivium nostrorum tam vir quam femina aliquibus liberis suis de bonis suis providit et forte ceteris liberis suis nihil dedit, quod, quandocumque voluerit tam in sanitate corporis quam in lecto egritudinis, potest illis liberis, quibus nihil dederit, dare, quodcumque voluerit, sine contradictione, ita tamen, quod liberi sint ex patre et matre uterini. illis vero, quos postea habuerit, similiter dare potest, quod non est occupatum. 5

Aus Mone's Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit 1837 S. 23—28 nach dem handschriftlichen Nachlaß Grandidier's. Aus Mone auch bei Gaupp Deutsche Stadtrechte des Mittelalters I, 80—89. 10

Der Druck bei Mone gibt als Jahr der Abfassung 1241 und 1249 an. Das erste Datum ist wohl nur ein Versehen, das letztere nennt auch Grandidier Hist. de Fégl. de Strasb. II, 36 mit Berufung auf die Angabe eines Pergament-Chartulars der Stadt Straßb. Darnach sei dies Statut zwei Jahre später erlassen worden, nachdem Bischof Heinrich und das Domcapitel der Bürgerschaft von Straßb. gegenüber darauf verzichtet hätten, die Straßb. Vogtei je in die Hand eines fürstlichen Geschlechts zu bringen. Das geschah 1247 Mai 1 (cfr. nr. 312). Da diese Notiz Grandidier's in keinerlei Weise mehr zu controliren ist, so scheint es sicherer, der Angabe in der Einleitung des Statuts gemäß die Regierungsjahre Bischof Heinrichs von Stahleck 1245—1260 als Abfassungszeit anzusetzen. Weizsäcker (Der Rheinische Bund S. 177 not. 6) ist sogar geneigt die Entstehung erst nach der Zeit dieses Bischofs, dann aber bald nachher, anzusetzen. Vergl. außerdem D. St. Chron. IX, 929 und G. Winter Gesch. des Rathes in Straßb. S. 68 ff., der jedoch ohne Weiteres das Jahr 1249 acceptirt. 15 20

619. Verzeichniß der Straßburger Hausgenossen aus dem Jahre 1266.

Anno domini 1266 vigilia beati Johannis baptiste renovata est hec carta. hec sunt nomina dominorum, qui jus habent in moneta, qui dicuntur huszgenossen in Argentina :

1266
Juni 25

Johannes filius Erbonis ^a judicis	Sigelinus
Burckart der Spender	et Hugo filius Gosperti Tanrisz
et filius ejus Burckardus	et Johannes filius ejus
Burckart der Spender in strata superiori	Petrus frater Zornonis
Rudolffus et Otto Ripelinus frater ejus	Burckardus ejus filius
Reymboldus de Friburg der Süsse	Johannes Hoierter
Reymboldus Liebencellarius	Reymboldus Stübenweg
Reymboldus filius ejus	Hugo ejus filius
et Reymboldus junior	Johannes Panphile
Hugo Wirich	- Wilhelmus de Tegervelt filius Sluch
Johannes et Hugo filii ejus	Petrus Nape
- Nicolaus filius Góczonis	Rüdolffus de Vegerszheim
- et Góczo filius ejus	Hugo de Vegerszheim
- Erbo filius Nicolai	Syfridus ejus filius
- et Nicolaus ejus filius	Johannes filius Rüdolffi Lencelini
Mursel Wisseger ^b	Rûlin Lencelini
Nicolaus Zorn	Heinricus frater ejus
Hugo filius Burckardi Ripelin	Hugo filius ejus
Rûlenderlinus	Lencelinus frater eorum
Hugo frater ejus	Lencelinus filius Lencelini
Burckardus Ripelinus	Heinricus et Entse fratres sui
Petrus ejus filius	Rüdolffus frater eorum
Diethemarus ejus filius	Heinricus Lencelinus

a) Er nachträglich mit anderer Dinte corrigirt. b) Dieser Name scheint von gleicher Hand erst nachträglich eingeschoben zu sein.

- Johannes filius ejus
 Rūlinus et Jacobus filii ejus
 Rüdigerus Lencelinus frater ejus
 Heinricus Virnekorn
 Johannes Knobelouch
 Rūlinus filius ejus
 Conradus filius ejus
 Otto Clobelouch
 Wernlin Clobelouch
 Wernlinus ejus filius
 Johannes Clobelouch
 Gosselin Clobelouch
 Johannes et Otto fratres eorum
 Conradus de Būnowe
 Heinricus de Hechingen
 Hartungus, Heinricus, Johannes filii sui
 Otto de Pfettenszheim
 Heinricus ejus filius
 Lütoldus de Hadestat
 Lütoldus ejus filius
 Nicolaus de Hechingen
 Conradus de Hechingen
 - Conradus filius Rebestocki
 Conradus filius Eberlini
 Johannes filius Eberlini
 Eberlinus
 Heinricus Eberlini
 Rūlinus Eberlini
 Rūlinus ejus filius
 - Conradus Rebestock
 - Johannes, Conradus ejus filii
 - et Conradus Strubo
 - Nicolaus filius Nicolai Rebestock
 Nicolaus Kagenecke
 Johannes Kagenecke
 - Heinricus Marsilius
 - Weczelo Marsilius
 - Heinricus ejus filius
 - Johannes frater eorum
 Erbo Schenterlin
 Sigelinus frater ejus
 Nicolaus filius Heinrici Rufi
 Rulinus filius Sigelini Rufi
 Conradus Broger
 Conradus filius ejus
 Gotschalkus filius Erbonis Rufi
 Lampertus filius Lamperti
 Lembelinus filius Lamperti
 Johannes, Fridericus fratres ejus
 Lembelinus filius Sigelini et fratres ejus
 Johannes Treter
 Burckardus, Wenczelaus ejus fratres
 Waltherus Rūser
 Petrus, Waltherus ejus filii
 Rüdigerus Rūser
 Bertholdus frater ejus
 Bertholdus frater eorum
 Bertholdus frater eorum junior
 Johannes filius Billungi
 Johannes filius ejus
 Conradus Herlin
 Wilhelmus de Mutzich
 Ludewicus filius Burckardi de Rodeszheim
 Hugo de Rūdeszheim
 Nicolaus de Rūdeszheim
 Petrus de Rodeszheim
 Conradus de Rodeszheim
 Ludewicus ejus filius
 Ludewicus de Rodeszheim
 Otto, Conradus filii sui
 Johannes de Rodeszheim
 Johannes ejus filius
 Burckardus de Rodeszheim
 Eberlinus de Stabulo
 Rūlinus ejus frater
 Nicolaus de Stabulo
 Johannes de Stabulo
 Anshelmus Nuszbom
 Otto, Rüdigerus ejus filii
 Bertholdus Erlin
 Eberlinus frater ejus
 Eberlinus filius Eberlini
 Petrus Būczelin
 Johannes filius ejus
 Bertholdus Clewelin
 Johannes Clewelin

Wernherus filius Brunonis
 Johannes de Columbaria
 Bertholdus ejus filius
 Conradus Cruche
 Nicolaus Cruche
 Johannes Cruche
 Johannes et Johannes filii ejus
 Johannes Ede ^a
 Diethericus filius Hartungi
 Erbo
 Erbo filius ejus
 Hartungus filius Hartungi
 Ekehardus frater eorum
 Waltherus filius filie Erlini
 et Erlinus frater Waltheri
 Petrus de Wintertúr
 Hugo de Wintertúr
 Hugo ejus filius
 Rüdolf de Wintertúr
 Conradus de Wintertúr
 Conradus, Nicolaus filii ejus
 Heinricus de Wintertúr
 Nicolaus ejus filius
 Johannes filius Hermanni de Wintertúr
 Nicolaus ejus frater
 Conradus de Wintertúr
 Johannes ejus filius
 Bertholdus Rufus
 Nicolaus filius ejus
 Johannes ejus filius
 Góczo filius Rufi
 Ebelinus filius ejus
 Sickes filius Wildemanni
 Johannes Pulex
 Wernherus ejus filius
 Lentfridus filius ejus
 Johannes frater Lentfridi
 Johannes Kóllin
 Conradus filius ejus
 Rûlinus filius ejus
 Conradus Tarsche
 Heinricus Tarsche

Heinricus filius ejus
 Johannes Vende filius ejus
 Rûlinus Tarsche
 Heinricus filius ejus
 Johannes filius ejus
 Petrus filius Johannis
 Fridericus de Dambach
 Conradus de Moneta
 Hugo Water
 Hugo filius ejus
 Nicolaus Water
 Heinricus Water
 Conradus Water
 Hugo Water junior
 Johannes vom Riet
 Johannes, Nicolaus, Johannes, Bertholdus
 filii ejus
 Wernher vom Riet
 Bertholt vom Riet
 Wolffhelm vom Riet
 Friderich vom Riet
 Heinricus frater ejus
 Bertholdus frater eorum
 Góczo der Crebisser
 Berthold der Crebisser
 Johannes filius ejus
 - Johannes de Sarburg
 - Nicolaus de Sarburg
 - Johannes ejus filius
 - Heinricus de Sarburg
 - Johannes de Sarburg
 Bero der Meteman
 Góczo Voltsche
 Góczo filius ejus de secunda uxore
 Vóltsche frater ejus
 Jacobus filius suus
 Johannes, Góczo fratres sui
 • Burckardus Wolffgang
 Burckardus filius ejus
 Cûnczemannus ante monasterium
 Cûnczemannus filius Cûnczemanni
 Johannes filius Cûnczemanni

a) Zweifelhaft ob nicht Odo zu lesen.

- Waltherus frater eorum
 Fridericus Pfaffenlap
 Johannes, Bertholdus, Johannes filii ejus
 Nicolaus Pfaffenlap
 Erbo Pfaffenlap
 Nicolaus filius Sigillini Pfaffenlap
 Johannes frater suus
 Helffericus Lantöse
 Rüdolf Havenblast
 — Herman von Hagenowe
 — Berthram de Sarburg
 — Johannes ejus filius
 Johannes Sele
 Conradus ejus frater
 Wiricus filius Heinrici Rufi
 Heinricus filius Wirici
 Hugo filius Wirici
 Berlinus filius Berwigi
 Petrus frater ejus
 Berwig filius Hessonis
 Johannes de porta boum
 Johannes filius Wicberti
 Eberlinus filius filii sui
 Johannes frater Eberlini
 Petrus filius Johannis filii Wicberti
 Johannes filius ejus
 Jacobus ad ursam
 Johannes filius ejus
 Burckardus Rösselin
 Johannes, Burckardus, Petrus, Nicolaus,
 Jacobus filii ejus
 — Fridericus filius Gerungi de Hagenowe
 Syfridus Merswin et filii ejus
 Conradus, Syfridus fratres Conradi Merswin
 Rūlinus Surackes et filii ejus
 Johannes
 Goczpertus filius Baltemari
 Gosselinus, Heinricus, Gösselinus, Petrus
 filii ejus
 Heinricus Baldemar
 Beldelinus frater eorum
 Johannes von Bercheim
 Otto Hayersida et filii sui
 Góczo Haiersida
 Heinricus Haiersida
 Heinricus Gleselin
 Cāno filius sororis Gleselini
 Diethericus filius ejus
 Conradus de Knōrszheim
 Johannes de Knōrszheim
 Johannes von Utenheim
 Cāno filius Cānonis ante monasterium
 Heinricus der Dürre
 Conradus frater ejus
 Petrus filius Conradi
 Ortwinus filius Swarbarii
 Heinricus Swarber
 Heinricus filius ejus
 Johannes Swarber
 Ulricus Swarber
 Petrus Swarber
 Jacobus Swarber
 Erbo de Barre
 Jacobus de Barre
 Johannes Unbegürteter
 Burckardus ejus frater
 Volmarus Trübe
 Anetsch frater ejus
 * Burckardus de Mūlnheim
 * Johannes, Heinricus, Burckardus filii ejus
 Waltherus de Mūlnheim
 Waltherus Lyrcke
 Heinricus frater ejus
 Goczto privignus Conradi de Winterturne
 Lento frater ejus
 Johannes der Zollre
 Otto, Hugo, Jacobus filii sui
 Reymboldus filius Vulpis
 Petrus filius filie Johannis des Zollere
 Diethericus de Hirtikeim
 Wolffhelmus, Diethericus filii sui
 Otto de Hirttenkeim
 Otto Schotto von Hirtenkeim
 Johannes frater ejus
 Ulricus Böckelin
 Heinricus filius ejus

Diethericus de Basilea	- Góczo Longus de Hagenowe
Wernherus ejus filius	- Conradus ejus filius
Góczo de Bettendorf	Waltherus filius Egenonis
Heinricus filius Heilmanni	Nicolaus filius Johannis dicti Bischoff
Göpfridus Frumentarius	Conradus de Zabernia
Richwin filius ejus	Richwin von Rapolczwilre
Fridericus Eigelwart	Úlricus filius ejus
Eigelwardus filius ejus	Rüdolffus filius ejus.

S aus Straßb. St. A. AA art. 44 Papier-Handschrift des 15ten Jahrh. von 64 Blättern fol. 2—4. Die Columnenstellung der Namen in der Vorlage ist, soweit es anging, wiedergegeben.

Nur summarisch sind daraus einzelne Geschlechternamen gegeben bei B. Hertzog Edels Chron. lib. VIII p. 47 = Levrault Essai sur l'anc. monn. de Strash. p. 430 nr. 18.

REGISTER

